Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

amaris & immisericordib⁹. Cum sanc
ste in memoria semper timebat quod scō
symeon qui in collumpnis stetit per
revelacionem notum factum est. quia ut
aut exeunte anima corpore obviat ei cum
ascenderit a terra in celum. chori dominum
singuli in suo ordine. Obviat ei
chorus dominum superbie. investigant
eam si habeat opus eorum. Obviat ei
chorus spirituum detractionis. aspi
ciunt si aliquando oblocuta sit. & pe
nitenciam non egerit. Obviant iterum
demones superi fornicacionis. scrutant
si mea recognoscat voluptatem suam.
Et quando a terra usque ad celum ronem
positura misera anima pervenerit.
secum ab ea sunt angeli & non adiuva
bunt eam in bonitatem suam. Hec consi
derans hic nobilis pertemuit pt tali
hora. & sollicitus factus est. ferens
in memoria & sancti hylarionis eloquium
quia cum ex vita egressus esset formi
dauit. & dixit. anime sue. Octoginta
annos o humilis anima habes. servi
ens xpo. & times exire. Ecce quia miser
icors est. Et redicebat sibi patriarcha
Si is qui lxxx annis servivit xpo.
& mortuos resuscitavit. & signa fecit
timuit amari illa hora. quid tu ha
bes humilis iohes facere aut dicere.
quando obviabunt in facie tua crudeles
illi & immisericordes exactores & exqui
sitores. Ad quantos poteris racionem
reddere ad eos qui exquirunt de mendacio.
ad eos qui exquirunt de detractione.
ad eos qui de crudelitate. ad eos qui
de avaricia. ad eos qui de memoria ta
li. ad eos qui de odio. ad eos qui exquirunt
de pugnio. Et de medicis dicebat.
Deus in carpe in eos. nam omnis forti
tudo hominum eius resistere non potest.
vel non valet. Tu dne da nobis ductores
scos angelos qui custodiant nos
et gubernent. Multa enim est contra
nos cor insania. multus timor in
multum periculum pelagi aeris huius. Si
enim deambulate in iniquitate sup terra
ambulantes despiciunt eos qui ductores
nobis sunt. ne in precipicia cadamus. aut
magnum bestiarum loca. aut in flumina
infinita. aut inaccessibiles & multos
montes. aut in latronum manus. aut in
heremum in phensibile & in aquosum
& paludosum. et ductoribus fortibus & divinis
custodibus opus habeamus per gentes longa
via hac & eterna. videlicet que ex cor
pore est egressio. & ad celum ascensio.
Hec sunt sapie plene beati. ad se omnis
doctrine. Hec sunt ei quotidiane
cure atque meditaciones.

Multum aut & de sua statione cu
ram habebat. & sollicitudinem de
monstrabat. Una enim dierum volens
multos visitare. ut in egrederent per
solucionem sci euangelii de ecclia. & ociosis
sermonibus vacarent. quid fecit. Re
liquit mox postquam scm euangelium
lectum est ecclam. et ipse sedit cum turba
Omnibus vero obstupescentibus dixit. ad
eos iustus. Ubi ovis. illic & pa
stor. Aut intrate intro & in gaudio. aut
manete hic. & hic manebo. Ego pt
vos descendo in scam ecclam. Nam potestam
mihi facere missam in episcopio. Semel
quoque & bis fecit hoc scema ille beatus.
Erudivit eos in hoc magnifice plebem
& emendavit. Timebat enim ne iterum
id ipsum scema faceret eis ille semper
memorando.
Quoque enim aliquie in sacrio omnino non permit